PARDON OF CHRISTOPHER COPLESTON, 1562

1 Regina Omnibus ad quos etc. salutem. Cum Christoferus Copleston
nuper de Warleighe in Comitatu Devoniae armiger quandam
2 inquisicionem nuper captam apud Tamerton ffoliett in Comitatu
predicto vicesimo secundo die maii Anno regni nostri quarto coram
3 Reimundo Northley et Johanne Marshall coronatoribus nostris in
Comitatu nostro Devoniae predicto super visum corporis cujusdam
Christoferi
4 Monns alias Monnes nuper de Wolston in Comitatu Cornubiae yoman
apud Tamerton ffoliett predictum mortui iacentis indictus
5 fuit pro eo quod predictus Christoferus Copleston vicesimo secundo
die mensis martii Anno regni nostri quarto supradicto inter
6 horas decimam et undecimam ante meridiem eiusdem diei apud
Tamerton ffoliett predictum in predicto Comitatu Devoniae
7 in quadam loco ibidem vocato the Towne place alias Canne greyne
occasione contencionis adtunc et ibidem exorta
8 inter predictum Christoferum Monns alias Monnes et prefatum
Christoferum Copleston verborum contumelia et opprobria inter
prefatum Christoferum
9 Copleston et predictum Christoferum Monns alias Monnes adtunc
et ibidem habuit vi et armis videlicet cum quadam pugione
10 vocato a dager precii quatuor solidorum quam idem Christoferus
Copleston in manu sua dextra adtunc et ibidem tenebat in predictum
11 Christoferum Monns alias Monnes adtunc et ibidem existentem et unum
gladium et scutum in manibus suis adtunc et ibidem habentur
12 insultum fecit et cum eadem pugione predictum Christoferum Monns ali
Monnes subtus humerum suum sinistrum adtunc
13 et ibidem felonice percussit dans ei quandam plagam mortalem
profunditate sex pollicium et latitudinis unius pollicis
14 de quaquidem plaga idem Christoferus Monns alias Monnes tunc et
ibidem instanter obiit. Et sic predictus Christoferus
15 Copleston prefatum Christoferum Monns alias Monnes predicto vicesim
secundo die martii Anno quarto supradicto apud
16 Tamerton ffolyett predictum in predicto loco vocato the Towne place
alias Canne grayne in predicto Comitatu Devoniae
17 felonice interfecit contra pacem nostram coronam et dignitatem nostras.
Et quod quia cito idem Christoferus Copleston feloniam

18 illum in forma predicta fecit subito et imediate absque cognicionem
alicuius fugam fecit et ea occasione se retraxit prout per
19 inquisicionem predictam coram nobis plenius liquet de Recordo
Sciatis quod nos de gratia nostra speciali ac ex certa scientia
20 et mero motu nostris pardonamuimus remisimus et relaxamuinus et per
presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris pardonamus
remittimus
21 et relaxamus prefato Christofero Copleston nuper de Warleighe in
Comitatu Devoniae Armigero seu quocumque alio nomine cognomine sive
22 addicione nomine idem Christoferus Copleston censeatur
appellatur vocatur sive nuncupatur predictum felonum homicidam
23 et interfectorem eiusdem Christoferi Monns alias Monnes Ac omnia et
omnimoda murdra homicidias et felonias ac accessaria eorundem
24 mortem et interfectionem predicti Christoferi Monns alias Monnes
quovismodo tangentes sive concernentes ac fugam superinde factam per
25 dictum Christoferum Copleston ante datam presentem quoquomodo factam
commissam sive perpetratam licet idem Christoferus Copleston de
26 premissis vel aliquo premissorum indictatus rectatus impetitus
appellatus convictus attinctus condempnatus utlagatusvel adiudicatus
27 existit vel non existit aut inde indictari rectari impetiri appellari
convinci attingi condempnari utlagari vel adiudicari
28 contigit infuturum.Ac etiam omnes et omnimodas utlagarias sique in
ipsum Christoferum Copleston occacione predicta seu eorum
29 aliqua fuerit promulgatas sive promulgandas Necnon omnia et singula
iudicia execuciones penas mortis penas corporales
30 imprisonamenta et aliae penas et penalitates quascumque super
ipsum Christoferum Copleston occacione premissorum sive eorum
31 alicuius facta reddita sive adiudicata aut imposterum vel in futurum
facienda reddenda sive adiudicanda Aceciam omnes et omnimodas
32 acciones sectas querelas impeticiones debita et demandas quecumque
que versus prefatum Christoferum Copleston [*] premissorum sive eorum
33 alicuius habuimus habemus seu infuturum habere potuerimus. Sectamque
pacis nostre que ad nos versus prefatum Christoferum Copleston
34 in hac parte pertinet sive pertinere potuit. Et firmam pacem nostram
eidem Christofero Copleston inde damus et concedimus per
35 presentes Ita tamen quod stetit recte in curia nostra si quis versus
eum loqui voluerit de premissis vel aliquo premissorum. Et ita quod
36 idem Christoferus Copleston bonam et sufficientam securitatem inveniat
iuxta formam et effectum cuiusdam Actus in Parliamento
37 domini Edwardi nuper Regis Anglie tercii progenitoris nostri Anno regni
sui decimo apud Westmonasterium tento editi de se bene

38 gerendi ex inde erga nos heredes et successores nostros et cunctum
populum nostrum. Et ulterius de uberiori gratia nostra pardonamuimus
39 remisimus relaxamuimus dedimus et concessimus ac per presentes
pardonamus remittimus relaxamus damus et concedimus prefato Christofero
40 Copleston omnia et omnimoda maneria terras tenementa hereditamenta
libertates advocationes feoda militum bona catalla et debita
41 nobis occacionibus predictis seu eorum aliqua depredita sive
forisfacta. Necnon omnia et omnimoda forisfacta tam omnium et
singulorum maneriorum
42 terrarum tenementorum hereditamentum redditorum et servicium
quorumcumque cuiusvis pertinentium quam omnium bonorum et catallorum
tam realiter quam personaliter et debita
43 nobis occacionibus predictis seu eorum aliqua forisfacta depredita sive
debita in quorumcumque sive cuiuscumque manibus aut
44 possessione iam existunt aut fore contiguerint seu debent eademque
omnia et singula prefato Christofero Copleston
45 damus concedimus et restituimus per presentes habendum eidem
Christofero Copleston heredibus executoribus et assignatis suis ex
46 dono nostro absque compoto seu aliquo alio nobis inde reddendo solvendo
seu faciendo. Eo quod etc. In cuius rei etc.
47 Testimonium apud Grenewiche xx die Augusti.
per breve de privato Sigillo etc

* responcione

Transcribed and translated by
the Chester City Record Office,
1980